



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

21 Januarij. 12 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

mei verticem, quàm spinis horrida corona.

S. BERNARDUS, serm. de S. Andrea.

CruX pretiosa est; & CruX amari potest; & CruX habet exultationem: si <sup>CruX amada.</sup> fuerit, qui colligat semper lignum Crucis, vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum letitiæ stillat, balsamum sudat temporalium charismatum. Non est arbor sylvestris; lignum vitæ est apprehendentibus eã.

21 Januarij. 12 Cal. Febr.

B. B O S O, primis filijs, quos Christo <sup>Ordinē</sup> beatissimus Parens BERNARDUS <sup>ingress⁹</sup> genuit, feliciter annumerate. Verè <sup>anno</sup> <sup>1124.</sup> lius pacis, & indolis mitissimæ: adeo ut te motum aut turbatum nemo viderit unquam: sed eras ut inter prospera sic adversa tui ubique similis. Otij persecutor acerrimus: in quod assiduo vel labore vel prece pugnabas. <sup>mortu⁹</sup> <sup>splēdet.</sup> Morientis facies tanto fulgore splendebat; ut astantibus evidenter constaret; quam lucē inhabitaret spiritus, cuius communionem jam corpus gauderet. *Dei oraculum est: beatos esse pacificos*

60 ANNI CISTERCIENSIS

*ficos, quoniam filij Dei vocabuntur. Tu ora; ut qui Bernardum agnosco Patrem; & inter filios Dei me adscribendum spero; utriusque nominis veritatem factis implere studeam.*

*Vixit  
anno  
1240.*

B. A G N E S, Sanctæ Julianæ Corneliensis germana: quam veluti pressis vestigijs in virtutum palestra sequebaris; omnium ejus ærumnarum & laborum in exilio particeps: ita eidem juncta es in gloria cœlesti. *Junge cum sorore tua sanctissima preces pro me, illis calamitatibus digno peccatore, quas vos in Angelica vestra innocentia pertulistis.*

*O Deus  
hic ure!  
&c.*

*Rogate Patrem misericordiarum; ut pœnas peccatis meis debitas, dignetur in hac vita infligere manu paternæ clementiæ; & ne reseruet mala mea in horribilem illum diem tremendi Judicij.*

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

*Miseri-  
cordia  
Dei  
multi-  
plex.*

*Misericordiæ Domini multæ. Quãdoq; enim ei, qui peccato quovis obligatus tenetur, piè immittit Dominus amaritudines quasdam, quæ mentem occupant hominis, & expellunt perniciosam delectationem peccati. Quandoq; subtrahit opportunitatem,*  
*neq;*

neq; tentari paritur infirmitatem. Quandoq; virtutem donat resistendi, quod majus est; ut scilicet tentationem sentiens, viriliter agat; & non consentiat.

☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

22 Januarij. II Cal. Febr.

**B.** HENRICE, qui seriò perpendens; quòd in mundo dominari, nihil aliud sit, quàm splendida servitus; é contra servire DEO, idem sit, ac cum illo regnare: relicto amplissimo dominio de Berny, Conversorum habitum in Villario suscepisti; & humili obedientia, laborumq; assiduitate meruisti inter clara sanctè illius Eremitæ luminaria recenseri. *Utinam & ego duram servitutem, quam sub propriæ voluntatis tyrannide patior tandem aliquando plenè abjicerem! Tu Dominum majestatis exora; ut regnum, quod sibi in anima mea constituit, solò occupet, & ab omni alio dominatu misericorditer educat.*

Vixit  
circ. añ.  
1200.

Deus  
cordis  
domin'

**B.** GUALTERE de Birbach, monache Hemmenrodensis. Qui ab incubulis singulari amoris ardore Matrem Deiparam colebas. Ac licèt te juveniliū annorum illecebræ, ad fectandam ex militari robore gloriam

Floruit  
anno  
1260.

C 7

vio-